



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Dei Præsentia

Le Gaudier, Antoine

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XV. Sancti etiam eundem nobis modum suo exemplo tradiderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50583](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50583)

cole Deum, ibi proximum
 complectere, ibi ora, & cum
 Iesu suauiter colloquere. Nā
 ibi tantum & nusquam alibi
 poteris Iesum inuenire, & il-
 lo frui.

CAPVT XV

*Sancti etiam eundem nobis mo-
 dum suo exemplo tradi-
 derunt.*



EST & in Beatis ex-
 emplar huius ex-
 ercitiij. Id quod
 docet Moses apud
 Cassianum, vbi exponit id;
Regnum Dei intra vos est, vt si-
 cut Beati in seipsis Deum ha-
 bent, & per actus intellectus
 & voluntatis eum comple-
 ctuntur, eoq̄e fruuntur &

E

Beati

Beati sunt: ita etiam in hac vita idem præstemus, qui enim eos beatificat in nobis est. B. Catharina Senensis vtrumque hunc modum vsurpabat ingenti cum fructu: Nam imprimis longo vsu didicerat, in seipsa, secretum veluti quoddam Dei cubiculum & sacrarium construere, in quo Deum continuò præsentem & habitantem intueretur, quem colere & adire posset cum vellet, cum eo colloqui, & consilium in rebus dubijs, & in tentationibus auxilium postulare. Id quod etiam suadebat alijs omnibus, & imprimis suo confessorio fratri Raymundo: Eadem ipsa sæpe Dei immensitatem contem-

plaba-

plabatur, & seipsam in eo
 non secus atque in beatissimo
 quodam vel carcere, vel arce
 munitissima, vel ciuitate con-
 clusam, extra quem vagari, à
 cuius voluntate, sapientia, bo-
 nitate, amore, misericordia,
 iustitia, regimine, delitijs, abi-
 re nullo modo posset: ac pro-
 inde per quem bona omnia
 malave cætera transire ad
 se necesse esset: Iuxta id;
Non accedet ad te malum, & Ps. 90.
flagellum non appropinqua-
bit tabernaculo
tuo.

